


7. Benedicam Domino qui dedit consilium mihi insuper * et noctibus erudierunt *me* renes mei.

8. Proponebam in conspectu meo semper * quia a dextris meis *est* ne commovear.

9. Propterea lætatum est cor meum * et exultavit gloria mea et caro mea habita*vit* confidenter.

10. Non enim derelinques animam meam in inferno * nec dabis sanctum tuum videre *co*rruptionem.

11. Ostendes mihi semitam vitæ * plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum decores in dextera *tu*a æternos.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto * sicut erat in principio et nunc et semper * et in sæcula sæ*cu*lorum. Amen.